

rat, jam Nestoriano more non duas naturas, sed duas personas in Christo unitas esse fatetur: Vnam quidem, quam substantiam vocat: Alteram, quam nominat suppositum sive subjectum, à quo prior illa persona pendet tanquam pars ipsius: Sin Substantiam non de persona sed de natura inteligit, consequens fuerit, Modum illum, quem Substantialem antè dixerat, Naturalem dicendum esse, ac proinde nihil eum à primo modo, Essentiali scilicet, differre.

135. Deinde verba ista (cùm substantia, quæ alioqui per se existeret) valde sunt dubia: Instum enim sensum parete possunt, quasi humana Christi natura, ante Unionem cum λόγῳ, extiterit: Quod est absurdum.

136. Tùm phasis isthac (Trahitur ad esse alterius suppositi) Eutychiane impietati manifestè patrocinatur.

137. Suppositum enim sive Persona Filij Dei non habet aliud esse, quàm ipsam divinam Essentiam. Quod si igitur, ex sententia Iesuitæ nostri, natura assumta ad illud esse trahitur, trahitur ad ipsam divinam Essentiam: atque ita una sit natura cum tota Trinitate.

138. Tandem subiçit (Et ab illo, scilicet supposito sive persona, pendet tanquam pars ipsius) Quod sanè perquām incommode dictum esse. vel ex Scholasticorum Doctorum Theologia discere

Q. 4

Iesai-

III. T. A.